

Por la señal de la Santa Cruz...

Per signum ✠ Sanctæ Crucis,

de inimicis ✠ nostris,

líbera nos ✠ Dómine Deus noster.

In nómine Patris, et † Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Yo Confieso

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michäéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michäélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, orare pro me ad Dóminum, Deum nostrum. Amen.

Credo de los Apóstoles

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad íferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cœlos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrecciónem, vitam ætérrnam. Amen.

Padrenuestro

Pater noster, qui es in caélis, sanctificétur nomen túum. Advéniat régnum túum. Fíat volúntas túa, sícut in coélo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sícut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem: Sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María

Ave María, gratia plena, Dóminus tecum. Benedícta tú in muliéribus et benedíctus fructus ventris túi, Jésus. Sancta María, Mater Déi, ora pro nobis peccatóribus, nunc, et in ora mortis nostrae. Amen.

Gloria al Padre...

Gloria Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saécula saeculórum. Amen.

Oración de Fátima

O mi Jesu, dimítte nobis débita nostra, líbera nos ab ígne inférni, cónduc in coélum omnes ánimas, praesértim íllas quae máxime indígent misericordia túa.

Jaculatoria

María, Auxilium Christianorum.

R. Ora pro nobis.

Salve

Salve Regína, Mater misericórdiæ, vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus éxsules fílii Evæ. Ad te suspirámus, geméntes et fléntes in hac lacrimárum valle. Eia, ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exílium osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María.

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oración final

Orémus:

Deus, cuius Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis æternæ præmia comparávit: concéde, quæsumus; ut, hæc mystéria sacratíssimo beátæ Mariæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur, quod cónitent, et quod promíttunt, assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Ÿ. Ave María puríssima,

R. Sine labe originali concepta.


Oración a San Miguel Arcángel

Sancte Míchäel Archángele, defende nos in proelio, contra nequítiam et insidias diabóli esto praesídium. Ímperet illi Deus, súplices deprecámur: túque, Príncipe milítiae caelestis, Sátanam aliósque spíritus malignos, qui ad perditionem animárum pervagántur in mundo, divina virtute, in infernum detrude. Amen.

Bendición final

S. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu túo.

S. Benedictio Dei omnipotentis, Patris  et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

R. Amen.